

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuskripte**

Urkundenabschriften von Laßbergs und von fremder Hand

**Laßberg, Joseph von  
Eppishausen (Erlen, Thurgau), 1826-1846 [ca., meist]**

K 2913,14,11

[urn:nbn:de:bsz:31-371325](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-371325)

Graf Ulrich, Herr zu Neuenburg; Neuchâtel; empfängt von dem propste des Sanct Ursen stiftes zu Solothurn, zu Selsach und zu Bettlach einige güter zu lehen.

## IN NOMINE sanctae et indiuiduae trinitatis.

Sum obliuionem semper mater pariat antiquitas et memoriae temporis noueretur prolixitas, placuit scriptis commendari, que ad memoriam successorum necesse est reuocari. Inde est quod notum fieri uolumus, tam posteris quam presentibus, quomodo Dns Udalricus de nouo Castro feodum adquisiuit a Preposito Burcardo Solodorenli et eius confratribus, in uilla Selsacho tres mansus et molendinum et forestum, in uilla Bettelacho septuaginta iugera et octo casalia et uiginti quatuor carradas herii et decimas duodecim mansorum, sub hac forma, ut singulis annis in festo Andree Apostoli uiginti quinque solidos Solodorenli monete nobis persoluat, quod si neglexerit, in crastino quinquaginta solidos pro compositione reddat, sed uero tam censum quam compositionem dare distulerit et insequentis anni census diem expectauerit, nihil iuris in feodo habebit. Sub hac etiam conditione cautum est, quod ad heredes, quos possessor ex se genuerit, transeat hoc tamen pacto, quod unus eorum indiuisum suscipiat et indiuisum obtineat, et quicumque susceperit, pro susceptione uiginti quinque solidos persoluat, et si quis hoc pactum per omnia non seruauerit, nihil iuris in feodo habebit. Ut autem hoc ratum et inconcussum habeatur, sigillo Ducis Berchtoldi rectoris terre confirmatum est, presentibus fratribus ducis Adelberto et Hugone, comite Egenone de Uren, Burcardo de Ulenbercz, Hestone de Franckon, Ulrico cognato eius de Smalberg, Wernhero de Yhusen, Henrico de Cheina, comite Heinricho et Ulrico fratre eius de Bechburg, ministerialibus ducis Adelberto de Tore, Hugone de Jegistorf, Heinricho de Krochtal, Cunone de Ergelingen, et fratre eius Rudolfo, Rudolfo de Coppingen, Ulrico et fratre eius Berchtoldo de Uzenstorf, presentibus etiam burgenlibus Brunone et fratre eius Luprando, Burcardo, Mantwigo, Rudolfo et fratre eius Reinhero. Ministerialibus domini de Nouo Castro, Gerardo et Burcardo fratre eius de Ins, Hermanno lapifero, Rudolfo de Lengau, et aliis pluribus. Factum est hoc anno Domini M C L X X I.

(: Inscriptio Sigilli :) BERCHTOLDVS DEI GRATIA DVX ET RACTOR BVRGVNDIA.

explicit, uilla Syronis Ssibus Madij. M D C C C X X V.

in fidem copia testor  
Josephus de Lashberg

fratribus



